

6. Epistolar

Brief von August Hermann Francke an Lukas Nuridschanjan.

Francke, August Hermann

Halle (Saale), 17.06.1699

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-16634

47
Deus gratiae et misericordiae effundat Spiritum s.
super te et super integram nationem tuam.

141
Perdilecte in Christo frater
Candorem animi tui et pietatis studium haud fucatum laudant
mihi Ludolfus et Neubauerus, communes amici nostri. Hinc
te non tantum absentem et de facie ignotum sincero et pro-
lixissimo prosequor affectu, sed desiderio etiam teneor hanc
mediocri in morbo te complexus recipiendi. Neque sive Nu-
mine factum credidi, ut hoc Reverendissimo Patrius tuus spem
omnem tui nasciscendi mihi adimoret, nec animus tuus
a meo hac in parte esset alienus. Non invideo autem vobis
felicem rei vestrae typographicae apud Amstelredamenses suc-
cessum, sed optarem potius supra vota evenire vobis omnia,
antequam voti istius rei ego compos reddar. Interea con-
sultum credidi, Reverendissimo Patrio tuo Tibi, uberius expo-
nere animum meum, ita futurum ratus, ut communi consilio
studiorum opera ea, quae de re sunt Ecclesiae et imprimis ratio-
nis vestrae, in posterum quaeramus. Doleo miserrimam Ec-
clesiam Christi faciem, non tantum quod stabulo negotiorum similior
videatur quam domui Dei, sed etiam quod tot in seclis scissa
ac distracta sit, ut sibi forme unusquisque rapiat, nemo de sanandis
vulneribus gravissimis sollicitus sit. Nebulis ac tenebris ob-
ducta sunt omnia, exulat fides, friget caritas, lucro cuncti
inbriant, cuticulam curant, suorum indulgent genio. Si qui sunt,
qui celum praese ferunt divinum, rectae suae augendae potius
quam animarum cum Deo unendarum horridioris studio fer-
vent. His se cancellis ac limitibus dum particulares coetus
circumscribunt, ac reliquos omnes vel gehenna dignos judicant,
vel fallim fraternitate Christiana excludunt, expirat commer-
cium omne, quod inter omnes, qui Christi nomen invocant, saltem
atque totum erat conservandum. Grata proinde mente agnoscen-
dum est, quod saeculo hoc ad finem properante, alium Deus
animum aliquibus indiderit, et et ipsi non nomine tantum, sed
re velint esse Christiani, et charitatem Christianam erga omnes
omnino

142
omnino homines enixe satagant exercere. Ea nobis m. his in-
onis gratia illuxit salutem, et plures illuminat indies, ita, ut
insignem mutationem observent ~~per~~ quoque homines mundani et ear-
nis mancipia, sed in majorem suam perniciem tenebras luci
praeferant, animus contra veritatem obfirmant, quid? calumniis
convitiisque proscindant, huiusmodi suspicionem merent, ac perse-
quantur veritatis testes. Quid igitur hoc rem statim scitis am-
plius faciendum est aliud, quam ut missos faciant eos, qui
veritatem aversantur, et vinculis tanto arctioribus in Christo
veritatis fonte coalescere studeant? Sic affectus meum
mi frater, animum tibi conciliavit, et, ut, quod res est, dicam,
cum ponitur nationi vestrae ita addixit, ut de jucundo vobiscum
foedere, Dei gloriam hominum salutem unice spectante,
consilia agitare coeperim. Hoc autem modo speravi
prospero eventura esse omnia. Te, si paco Reverendissimi Pa-
trii Tui id fieri queat, nostro in loco velim unum alterumque
annum exigere, ut quae sit oratio Dei inter nos, quae disciplinae
Christianae ratio, quae instituta imprimis quodam juvenutis educa-
tionem, quae communio spiritus, quae verbi divini tractatio,
tuis ipso coram intuearis oculis, animoque, plenissime com-
prehendas. Non tuis, sed nostris id fieri deberet sumptibus,
quos haud avaro a tanta Patris coelestis manu acceptos sup-
peditatur, optemus non tantum si solus hic vivere, sed etiam
si unum alterumve ex natione tua socium probum tibi adju-
vero volueris. Posset autem hoc primum eorum omnium
quae Patria aliquam afferre utilitatem possunt, cognitione
animum affatim imbui; deinde tractatus praestantissimos con-
terraneis tuis proficuos lingua Armenica donare, ac
pro loco, typis vestris Armenicis huc transportatis, subicere,
ac tandem docere juvenes nonnullos ingenio ac pietate pre-
stantes linguam Armenicam, atque ita commercii perpetui sine
salutaris inter Armenos et Germanos ponere fundameta-
sum

143
 sum in patriam tibi reduci comites existere possent juvenes
 spectatae fidei ac pietatis, ut ita omni ex parte praeda spiritua-
 li quasi onustus ad tuos redires. Atq. sic imitandi exempli hui-
 plures Armeni juvenes rationes optimas habituri essent. Ardua
 res est, fateor, sed quia non ad aliquod privatum commodum
 sed ad gloriam Dei unice spectat de felici ejus eventu
 desperandum nobis non est. Sed precibus ea fide eq. adgre-
 dienda. Cum Reverendissimo Patruo tuo de ea egissem, sed
 quia nec de nomine nec de honoribus notus mihi est, nondum
 cum potui compellare. Gratissimum autem mihi fueris, si has
 ei literas oblatis simul officiis meis monstraveris. Deus
 quo voluerit, animos vestros flectat. Nam praeter voluntate-
 tem ejus nihil mihi placebit. Ludolphus Smirna ali-
 quoties ad me scripsit. Nunc forsitan Constpl. deo it.
 Dubium non est, quin vir tanti candoris, tanta pietatis, tan-
 tiq. rerum usus multum ubiq. ad gloriam Dei sit collaturus.
 Reubenerus orphanodochio nostro extruendo intentus
 multam tibi Reverendissos Patruo meis verbis salutem
 nunciari, devolute ad me scribendi officio, silentium suum
 excusari voluit. Vale, et, quod facis, in amore Jesu Chri-
 sti radices age.

Gotthard Magdab:

d. 17. Jul. 99

27

Suus
 H. H. S.

Green 2 19 Jul. 99

48
 Wohlfahrt

Grazzburger Herr

Es ist das Gedächtnis in der Akademischen
 Freundschaft in 1801 weniger bei mir ver-
 zogen, jenseits mir offener mit Gedächtnis in 1802
 mütze Roman, wie wir damals in Frankfurt mit
 vielen